

dabunt unam fidem, unum, idemque Evangelium predicabunt, uno spiritu, una charitate, unoque sine, inter se uniti, ut jam dixi Evangelicis predicantibus.

Hi ergo duo testes, tanquam magna candelabra, ac luminaria, ut praecursores secundi Christi adventus, praelebunt Domino venturo ad iudicium, & homines ad viam salutis illuminabunt: Ut Ionanes Baptista primi adventus exivit praecursor, qui dicitur esse: *Lucerna ardens & lucens* Ioan. 1. n. 35. illuminare his, qui in tenebris; & umbra mortis sedent.

Tamen Elias, & Enoch, dicuntur candelabra, in quibus sunt septem lucernae, nam Ioannes venit tantum ad illum mandatum populum Israel: *Ad dandam scientiam salutis plebi eius*. Luc. 1. n. 77 scilicet Israel. At verò Elias, & Enoch dicuntur candelabra, & in unoquoque sunt septem lucernae, septenarius numerus universitatem significat: quia hi veniunt ad illuminandam Ecclesiam, & utrumque populum, scilicet tam Iudaeos, quam gentes, ut dicitur de Enoch, Eccl. 4. n. 16. *Translati sunt, ut dei genibus penitentiam.*

Nam Antichristus futurus est amplissimus, Monarcha, quam omnes, qui ante ipsum fuerunt ab orbe condito, ut ex sanctis Patribus lae probat Malveda lib. 6. de Antichristo cap. 36. & per omnes partes imperii sui magnam commovebit persecutionem contra Ecclesiam, sic ait D. Augustinus lib. 20. de Civitate Dei, cap. 11. *Hac enim erit novissima persecutio, novissima imminente iudicio, quam sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur*, Elias, & Enoch, cum missi sint à Deo in subsidium Ecclesiae, per totum terrarum orbem eam corroborabunt, & turbantur tam per semetipsum, quam per ministro, ac legatos suos, ab ipsismet destinatos: Unde rectè Elias tunc erit mandato, veluti sol fulgentissimus; *Elios*, sermone graeco sol appellatur, ut testatur D. Chrysostomus de Ascensione Elias; nullus erit, qui se abscondat à calore doctrinae praedicationis, ac exempli eius.

QUESTIO XVI.

Quare Elias, & Enoch dicuntur stantes in conspectu Domini?

115. **A**t noster Evangelista, *Duae olive, duo candelabra in conspectu Domini stantes*. Illud stantes forsitan non ad candelabra, sed ad id, quod proximè antecesserat: *Hi sunt duae olive* referendum est; vel retinuit Interpretis genus, & constructionem graecam: *Lychni stantes*; & quod hic dicit Ioannes, idem valet, ac illud, quod ait Zacharias, citat superiori quaestione: *Qui assistunt dominatori universae terrae*. Dicuntur ergo Elias, & Enoch, stantes in conspectu Domini. Qui per intimam contemplationem Deo adherent; vel quia per heroicam virtutes firmi, & constantes sunt in Dei mandatis; vel ut ait Richardus victor intendunt voluntati, & visioni divinae stantes propter accinctam paratamque ad quavis iussa adimplenda obedientiam. D. Athanasius in vita S. Antonii hoc

Joan. 5. Baptista lucerna, Elias, & Enoch candelabra quo sensu. Luc. 1.

Eccles. 44.

114.

Malveda.

D. August.

Elias, & Enoch per se, & suos ministros illuminant Ecclesiam.

D. Chryl.

Graz.

Richard. Prompta obedientia Elias. D. Athan.

observat illud Elias: *Vivit Dominus, in cuius conspectu sto*, 3. Reg. 17. Sic ait: *Non computabat Elias praerivum tempus, sed tanquam quotidie in certamine posuit, talem se praeberet cupidie, qualem sciebat, Dei dignum esse conspectibus, puerum corde, & praeparatum obedire voluntati Dei.*

Pro decantandis laudibus Parentis Elias rem sic expendo Pro magno elogio, ac pro magna gloria, de illis septem primariis Angelis, ducibus, ac principibus totius Militiae caelestis, decantatur, quod sint in conspectu Dei; sic de se testatur Raphael, Tob. 12. n. 15. *Ego sum Raphael Angelus, unus ex septem, qui adsumus ante Deum*. Sic Gabriel ad Zachariam de se testatur Luc. 1. num. 19. *Ego sum Gabriel, qui adsumus ante Deum*. Et noster Ioannes hanc suam Apocalypsim inchoans, hos septem spiritus invocat. Apoc. 1. num. 4. *Et ad septem spiritus, qui in conspectu throni eius sunt*. De quibus etiam meminit, cap. 8. n. 2. *Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei*. Et certè de una creatura non potest major excellentia, ac celsitudo affirmari, quam quod ipsa sit tam pura, sancta, ac perfectior digna invenitur, a distare coram illa infinita, & suprema sanctitate, oculisque illius supremae maiestatis apparere.

Et si hoc pro magno elogio celebratur de primariis Angelis in Caelo, quomodo hic dicitur de Elias degente in terra: nam de ipso ait hic noster Evangelista: *Hi sunt duae olive, duo candelabra in conspectu Domini stantes*. Et ipse dicit ad Achab 3. Reg. 17. num. 1. *Vivit Dominus in cuius conspectu sto*. Quomodo ergo, ad stare in conspectu Dei, quod pro magna excellentia dicitur de septem primariis Angelis in Caelo, de Elias etiam affirmatur in terra?

Vivebat Elias in terris tanta integritate, ac virtutum rectitudine, sanctitatis perfectione caelestem vitam agens in terris, ut dixi supra quaest. 12. ut angelicam puritatem expeditam, promptamque voluntatem aemulari videretur; unde illorum praerogativa condecoratur. *Talem se praeberet cupidie, qualem sciebat, Dei dignum esse conspectibus, puerum corde, & praeparatum obedire voluntati eius*. De quo latius cum quaest. sequenti.

QUESTIO XVII.

Quare, cum Elias, ac Enoch dicuntur stare in conspectu Domini specialiter dicitur ab Evangelista, Dominus terre?

119. **A**t noster text. *Hi sunt duae olive, & duo candelabra, in conspectu Domini stantes*, sicut & Zacharias cap. 4. citatus supra quaest. 15. ait: *Assistunt dominatori universae terrae*. Cur non dicitur, ut de Angelis, prout vidimus superiori quaestione stant in conspectu Domini: dicitur: *Ego sum Raphael unus ex septem qui adsumus ante Deum*. Et sic de ceteris: ergo cum de Elias & Enoch agitur, non solum dicitur in conspectu Domini; sed cum ad ditamento ponitur: *Dominus terre*, seu ut Syriacus legit *Dei terra*.

Respondedo, quod inter multas rationes, ob quas

116.

Primarii Angeli dicuntur stare in conspectu Dei. Tob. 12. Luc. 1.

Apoc.

Apoc.

118.

3. Reg. 17.

3. Reg. 18.

Elias degens in terris, decoratur praerogativa Angelice.

119.

Zachar.

Difficiles quaestiones.

Syriacus.

110.

quas

Tanta puritas est in Elias, & Enoch, ut in eis non appareat terrenitas. Quas Deus dicitur dominus terra, una est, quod ipse altissima sua sapientia videret, & cognosceret omnes partes terrae, etiam minimas, & indivisibiles, omnesque illius maculas, ac defectus. Dicuntur ergo Elias, & Enoch duae olive, duo candelabra, in quibus sunt septem lucernae (per quas denotantur omnes virtutes, & gratiae) lucentes in conspectu Domini terrae, quia ipse, ut Dominus terrae, videns omnes etiam minimas partes terrae, omnesque illius defectus, & maculas, in Elias, & Enoch nil videt terrenum, seu terram involvens, sed omnem virtutem, in eis apparet, sunt radii, & splendores virtutum, honorum, ac gratiarum.

In Caelum fertur Parens Elias curru igneo. 4. Reg. 2. quomodo ab ipso igne non crematur; nam ignis consumit, & devorat quicquid terrenum; sic purus & alienus ab omni terreno contagio erat Elias, ut nullum pateretur damnum, ac nocementum ab igne. *Aurum ignitum probatum*. Apocalyp. 3. num. 18. Aurum, si apponatur in igne, ignis consumit ejus faeces; at verò ipsa substantia pari auri non consumitur ab igne, & nihil de ea deperditur, quamvis per multum tempus aurum sit in igne, ut testantur peritissimi aurifices, & suo loco dixi. *Elias aurum purum, ignitum, & probatum in omni virtute, ac sanctitate, nullum detrimentum patiebatur ab igne*. Dicitur Petrus Chrysologus sermone. 166. *Jesum Eliam levavit ad Caelum, & purificatio sic corpore igne, curru adduxit obsequium, ut ostenderet gehennam, qua exurit eos, innocens obsequi*. Per gehennam intelligit quamlibet igni flammam.

Et hoc purum aurum sanctitatis Elias, maxime probatum fuit in omni virtute charitatis, zeli divini, puritatis, castitatis, paupertatis, & obedientiae Religiosae; ita ut M. Dominicus Gravina lib. cui titulus; *Vox intus* p. 2. cap. 5. cum *Obedientia prototypum* appelleret, ab aliisque multis dicantur, *Exemplar obedientiae*.

Profundè, & altè considerata, & invenies, quod Deus plusquam decem praecipua imposuit Elias: *Vade, & absconde te in Torrente Carib. 3. Reg. 17. n. 3. Et ecce aliud: Surge, & vade Sarephata Sidoniorum, praecipi tibi mulieri viduae*. Ibidem n. 9. et aliud praecipuum: *Vade ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terra*, 3. Reg. 18. num. 18. Et ecce aliud: *Dormientis ab Junipero ait ei Angelus: Surge, comede, grandis tibi restat via*, 3. Reg. 19. n. 7. Aliud mandatum: *Vade, & unges Hazae Regem super Syriam*. Ibidem n. 15. Iterum aliud mandatum. *E Jehu filium Namsi unges Regem super Israel*. Ibidem n. 16. Iterum aliud: *Eliisam filium Saphat unges Prophetam pro te*. Ibidem aliud praecipuum: *Surge, & ascende in occursum Regis Samaria, qui ibat ad consulendum B-elzebab Deum Accaron*. 4. Reg. cap. 1. num. 3. et aliud mandatum circa quinquagenarium: *Locutus est Angelus Domini ad Eliam, descende cum eo, ne timeas*. Ibidem num. 15. et aliud praecipuum, quando Elias obtulit illud holocaustum in monte Carmeli, circa quod est magna difficultas inter Doctores, quomodo Elias potuerit sacrificare; nam expressè prohibitum erat in lege veteti, ne quis extra tabernaculum sacrificaret. Levit. 17. n. 9. Deuter. 12.

121. 4. Reg. 1.

Apoc. 3.

Elias, ut vultu purus, non laeditur ab igne.

Gravina. Obedientia Elias.

num. 4. Communiter respondent Abul. & alii, Abulensis quod Elias habuit dispensationem, & mandatum Dei, ibi sacrificandi in Carmelo, ut ipse aperte dixit in sua oratione ad Deum: *Facta Praecipuum tuum feci omnia verba haec*. 3. Reg. 18. n. 39. Ac proinde tot, & tantae circumstantiae, quae in illo sacrificio interfuerunt, ut quod eligeret vitulum, erigeret altare, circa fossam darenturque duodecim hydrae aquae; omnia sub praecipuo ei imposita sunt, tamen si attentè textum legas & consideres, invenies, quod Elias ad tot praecipua nihil respondit, nec locutus est, sed semper obmutescens mandata adimplevit.

Cum tamen, quando Deus mandavit Moysen tanquam legatum ad Pharaonem, pro dimittendo populo; statim Moyses respondit, multas proponens objectiones, & difficultates, ut per multa capita referuntur in Script. Exod. 3. & 4. Mandat Deus Samuel in Bethlehem ad ungendum Davidem in Regem, statim contradieta opponit: *Quomodo vadam? audiet Saul, & interficiet me*. 1. Reg. 16. n. 2. Cum Isaias eligitor ad praedicandum populo, ut pollutum labii se exculat: *Vir pollutus labii ego sum*, cap. 6. n. 4. Jeremias, cum destinatur ad prophetizandum, ac docendum in solitudine excusationem in eripit: *A, a, Domine Deus, ecce nescio loqui*, cap. 1. n. 6. Quid est, quod isti viri in facti ad unum mandatum divinum, multa obijciunt, & respondent, ac Elias cum tot praecipua acceperit, nihil respondit?

Considera. Alii ut Moyses, Samuel, Isaias, Jeremias, viri sanctissimi, ac magni Prophetae, sicut & Elias, vir sanctus, & Propheta; Alii, ut Moyses, Samuel, Isaias, Jeremias erunt viri sancti, & Prophetae, ac Elias non solum, erat vir sanctus, ac Propheta, sed etiam erat Monachus, in quo inerat exemplar, ac prototypum Religiosae obedientiae. Alii, quamvis sancti, & Prophetae, dicunt, respondent, suas objectiones proponunt; at Elias, cum esset Monachus, exemplaque totius obedientiae, ad tot mandata sibi imposita taceret, & nec unum verbum profert; vera enim obedientia omnino nescit loqui, & respondere, sed tantum obedire, & exequi, quod sibi est injunctum, ac imperatum. perfecta obedientia non habet os, nec linguam nec scit loqui, vel respondere, sed tantum dare manus, & inclinare caput in exequendis mandatis, ut expendit Carthusian. in Philippo ad illa verba dicta ab Angelo: *Surge, vade contra meridiem*. Act. 8. n. 12. Vide: quae dixi supra.

Insignis obedientia Religiosa nescit loqui, nec respondere.

Carthus. Act. 8.

QUESTIO XVIII.

Elias, & Enoch duae olive, & duo candelabra in conspectu Domini, per suos discipulos, & legatos, & agitur de Carmelitis.

127. **C**um persecutio Antichristi, ut supra dixi Cex D. Augustin, per totum orbem dire ac rigide vagabitur. Elias, & Enoch propugnantes pro Ecclesia, illiusque defensione, ad multas orbis

125.

Exod. 3.

1. Reg. 16.

Isai. 6.

Jerem. 1.

126.

Carthus.

Act. 8.

127.



orbi spartes destinabunt suos predicatores, & legatos; nam verè, & constanter fideles eis associabuntur: ita vidit S. Theresias spiritu prophético insignis, ut refert Franc. Ribeira in eius vita lib. 5. cap. 5. ex Sacra familia Dominica, ac ex Sacra Societate Jesu, contra Antichristianos propugnatores, quod de Carmelitis optima suadet ratio: nam hi Elias, utpote suo parenti a hærebunt, qui semper in Ecclesia dei pro causa fidei fortes, & constantes steterunt per omnes orbis partes.

Ribeira. Multi Religiosi adhererunt Elia, & Enoch.

128. Sixtus.

Uberes fructu Carmelitana Religio producit.

129. Ezech. 17.

Visio prophetica de Carmelitana Religione explicatur.

130.

D. Cyr. Mō Thom. de Jesu. Tapia. Palconid. Casanate. Coria. Lefana.

fol. alia 314. §. 5. Plena plumis, & varietate Austeritate, & penitentia multorum Confessorum, ut S. Avertani, S. Alberti: Plena plumis & varietate; puritate Illustrissimarum Virginum. S. Theresie, S. Mariæ Magdalene de razi, & aliorum multarum.

Venit ad libanum, qui candorem significat ad puritatem nempe Ecclesie Catholice; & sicut medullam Cedri; id nempe, quod magis perfectum, ac illustre erat, in puritate, Religione, ac integritate vite, & transportavit in terram Chanaan. In terram obscuram & tenebrosam infidelium; & hoc Aquila magnarum alarum, quæ se extenderunt non solum per omnia mundi regna, sed etiam per omnia tempora, & sæcula; semper enim uberes fructus dedit in Ecclesia Dei? ut jam de hoc Sacro Ordine dixi tom. 3. cap. 31. quæst. 18 & tom. 4. cap. 51. q. 12. per totum.

de Lia, in qua figuratur lex vetus, dicitur Genes. 36. num. 35. Cessavitque parere, quod de Rachele, non scribitur, quæ typum gerit Ecclesie Christi; Lia multos filios peperit; & tamen de ea refertur, quod cessavit parere; quod non scribitur de Rachele, quæ tantum ad plurimum duos dedit; ipsa tamen peperit Joseph; de quo habetur: Filius accrescens Joseph, filius adolescens. Genes. 49. n. 32. Cai. tan. Ut notavit Cardinalis C. jetanus? bis dicitur filius accrescens, eò quod creverit sibi, & universa domui Jacob. Lia quamvis peperisset majoratus, Reges, Pontifices, & Sacerdotes, ibi stetit, & posuit terminum, Cessavitque parere. Ait Rachel peperit Joseph, qui semper erat accrescens, tam ipsi, quam parentibus, qui in sui accretione, nec stetit, nec posuit terminum, & cum accretiones filii essent accretiones matris, ideo de ea non narratur quod cessavit parere, cum ipsa ex filio semper esset accrescens.

Sacra Religio Carmelitana non cessavit parere, sed semper fuit accrescens, cum semper decorata fuisset illustrissimis filiis in Religione, & virtute, qui pro Fide Catholica semper pugnarunt, & multi pro illa vitam dederunt in Anglia, Scotia, & Belgica, ut late scibunt. M. Vincentius Gomez Dominicanus in sua Chronologia anno Christi 1380. Abrahamus Bzovius anno 1415. & ex eadem familia Dominicana M. Dominicus Gravina, in suo libro Vox Tururis, & Petrus Lucius in sua Bibliotheca; & Magister Philippus à D. Jacobo in suo Catalogo, & alii multi.

Referam hoc illud, quod Christus Dominus dixit Discipulis suis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt jam ad messem. Joan. 4. num. 35. ut rectè observat Eutym. de messe materiali, & sensibili sumit metaphoram ad messem spiritualement, tanquam si dicat, ex eo quod segetes albæ sint inferat maturitas, & proportio fructuum ad messem, & horreum, ut inde sint in alimentum popolorum Ait Theophylactus: Levate oculos vestros spirituales, ut ex puritate, ac albedine colligatis maturitatem, ac proportionem fructuum ad messem spiritualement

131.

132. Genes. 39.

Genes. 49. Cai. tan.

Religio Carmelitana, semper accrescens.

133.

Gomez. Brovius. Gravina. Lucius. Philippus.

134.

Joan. 4. Euthym.

EXPOSITIO V.

Hugo. Ex albedine inferitur maturitas.

spiritualement, horreum Ecclesie, Cardinalis Hugo: Alba sunt segetes, ut fructus congregentur in horreum Ecclesie, Alta divina Providentia disponente; hæc regiones Carmelitane albæ apparent, ut divina gratia adjuvante, (maturæ, & proportionatè inveniuntur ad horreum Ecclesie, ut inde sint in salutem, ac alimentum spirituale filiorum Ecclesie.

Apoc. 11. n. 5. Et si quis voluerit, eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum; & si quis voluerit, eos lædere, oportet eum occidi.

Num. 6. Hi potestatem habent claudendi Cœlum, ne pluat diebus Prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas, convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint.

VERSIONES.

Syrus. Si quis eos velit lædere, ignis exiet ex ore eorum, & devorabit inimicum eorum.

Vatabl. Et si quis voluerit eos injuria afficere, sic oportet, eum occidit.

Primasius. Exiet ignis comburens inimicos eorum.

Syrus num. 6. Hi habent, ut claudant Cœlum, ut pluvia non pluat in diebus illis, & potestatem habent super aquas, ut vertant eas in sanguinem, & ut percutiant, terram omni plaga, quotquot vicibus voluerint.

Primasius. Ne imbrem pluat in diebus Prophetiæ ipsorum, & potestatem habent omium aquarum, convertendi eas in sanguinem, & ferire terram.

Arabicus. Percutiendi terram, quotcumque plaga voluerint.

Sylveira in Apoc. Tom. I.

I quis voluerit eis nocere: id est, toto illo tempore, seu spatio dierum mille ducentorum sexaginta dierum quod datum est eis ad prædicandum contra Antichristum; & si aliquis ex ministris Antichristi, eos voluerit tenere, eisque damna inferre, ignis exiet de ore eorum. non quod ignis realiter exiet ab ore eorum, sed quia verba orium eorum habebunt vim immittendi ignem in illos; alludatur hic ad historiam, 4. Reg. 1. Cùm Elias duos principes quinquagenarios cum suis militibus igne evocato de Cœlo interfecit. Et si quis voluerit, eos lædere, sic oportet, eum occidi; id est, quoties intentatum fuerit, eis inferre damnum, toties ex verbis eorum exiet ignis, & illud verbum: Sic oportet, indicat, sic determinatum, & constitutum esse decreto divino.

135.

4. Reg. 1.

136.

3. Reg. 17. Exod. 7.

Hi habent potestatem claudendi Cœlum; scilicet Elias, & Enoch habent potestatem inducendi famem, & sterilitatem pro tempore sui apostolatus, ac functionis prædicationis suæ, ut fecit Elias, 3. Reg. 17. Et habent potestatem convertendi aquas in sanguinem, ut fecerunt Moyses & Aaron in ægypto. Exod. 7. contra Pharaonem, in quem miserunt decem plagas, sic Elias, & Enoch contra Antichristianos, si eis libuerit, immittent in d. alias graviores, quod satis denotatur in illis verbis, & percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint.

QUESTIO XIX.

Multa Apostolica libertate, severitate, ac patientia se habebunt Elias, & Enoch, cum Antichristo, ejusque sequentibus.

HI duo magni viri Apostolici per multas, & varias urbes, pagos, ac loca prædicabunt, Christum Iesum Crucifixum, natum ex Maria Virgine, esse verum Messiam, Redemptorem, ac Salvatorem mundi, in eoque omnes Prophetias esse completas, idque confirmabunt larga experientia totæ sæculorum, efficacissimis rationibus, & præclarissimis miraculis. Antichristum ostendent turpissimum, & impostorem sceleratissimum, omni viciorum turpitudine ferventem, detegentque illius vivendi rationem, nequissimam, immaniæque ejus crimina, & carnis spurcitas, ejusque familiaritatem cum demonibus, & eminentia miracula, atque id efficient hi duo viri sanctissimi in multis civitatibus, & locis.

137.

Elias, & Enoch, Christum prædicabunt, vitia Antichristi detegent.

138.

Tandem hi duo Christi præcones se conferent ad sanctam civitatem Jerusalem ubi tunc suam sedem Regiam habebit Antichristus; & ibi tunc magnas efficient prædicationes, magnæque commotione, ac conversiones ac præclara miracula: & ultimò ipsimet Antichristo in facie dicent: Tu Christus non es, sed Antichristus.

G C c 3